in d. l. vnica, quod vidit aliquos ultimo ſupplicio puniri, qui rapuerant publicam meretricem : & illum refert Afflict. ſuper prima parte conſtit. Regni, rub. 29. nu. 7. Refert etiam Gram. ſuper conſtit. Regni, fol. 19. col. 1. num. 2. quòd cum plures iuuenes quandam meretricem è proſtribulo violenter rapuiſſent, unus ex eis Florentinus, qui fuerat principalis, fuit furca ſuſpenſus, & alij ſocij per triẽnium ad triremes condemnati. [n] Apud nos autem ceſſat hæc dubitatio : nam ex diſpoſitione conſtitutionum, rapientibus mulieres inhoneſtas imponitur tantum pęna arbritraria, quam quidem Senatus arbritrari ſolet, in tribus ictibus funis, prout ſeruatum fuit cum quibuſdam Variſienſibus 9. Iulij, 1558. vel huiuſmodi.

Sed pone [o] quod mulier
6 *rapuerit virum : nunquid erit punienda pęna d. l. vnicæ? Reſpon. Doctores in hoc variè loquuntur, nam Gloß. in d. l. vnica, in verbo, Sponſam tenuit, quòd etiam mulier rapiens virum cauſa libidinis, incidat in pęnam d. l. Et dicit Marſil. in d. l. vnica, nu. 223. quod idem tenent communiter Doctores : quem refert Ant. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri, nu. 27. Et dicit Ang. in ead. l. fin. quòd ſecundum hanc opinion. vidit Florentiæ comburi quandam meretricem, quæ adoleſcentulum rapuerat. Et hæc etiam opinio. practicatur in Gallia, vt dicit Papo lib. 22. tit. 8. arreſto 3. Contrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet pęna d. l. vnicæ non habeat locum in muliere rapiente virum, dicit eſſe communem omnium Doctorum Grilland. de diuerſis criminibus lib. 3. q. 10. num. 23. quem refert Pract. Conradi f. 370. nu. 3. Pract. Iod. c. 95. nu. 17. Et hanc ego etiam ſequor, tanquam tutiorem & mitiorem : nam in viri raptu ceſſant ferè omnia ſcandala, de quibus mentionem facit d. l. unica, quę cum valde rigoroſa ſit, non videtur ita de facili extendenda. Et ideò ſi caſus contingeret ſ talem mulierem dicerem eſſe puniendam citra mortem, graui tamen pęna, arbritrio iudicis, ſecundum facti, & perſonarum qualitatem.*

Vnum tamen [p] nota in hoc propoſito, quod hodie milites, ſeu ſtipendiarij, qui abducunt ſecum pueros, quandoque etiam inuitis parentibus, non puniuntur, quinimo licitum eſt eis illos etiam parentibus inuitis retinere. Et ita hodie ſeruari de conſuetudine iuris militaris atteſtatur Cępolla in l. Marcellus, poſt nu. 6. ff. de verb. ſign. ſubdens ſtandum eſſe huic conſuetudini : & quod ita alias vidit iudi-

lib. 7. Item & per pract. Carrer. fol. 453. poſt nume. 276. vide per totum, & ad fin. duas ponit ampliationes, vt ad idem per Cæpol. conſil. crimin. 57. per totum, qui in conſilio præcedenti tenet raptum committi per rapientem mulierem, ante, vel poſt ſuam eſſe vxorem dicentem, vide etiam plenè per pract. Carrer. ſub numero 27. qui num. ſeq. ponit quid è conuerſo, ſi ſponſa rapit ſponſum. Item raptor virginis an, & quando appellare poteſt, & quid in complicibus, & fautoribus, vide per pract. Carrer. pag. 47. num. 63. & pag. 460. Item quid ſi ab vno loco fuerit rapta, & in alio loco cognita? vid. per eundem pag. 456. numer. 288. qui num. ſeq. dicit contra raptum, quã do mulier fuiſſet rapta libidinis cauſa, non ex alia cauſa, & nu. 290. an cognoſcens, & rapiens immaturam virginem puniatur. *Giach.*

Quæro nunquid.] Menoch. d. caſ. 291. Fari. d. q. 145. §. meretrix, num. 153. 155. & 162. Multa alia per Alciat. conſ. 21. lib. 7. *Roſ.*

25 *Quæro nunquid pœna raptus.*] Adde Couarru. lib. 3. var. reſolut. cap. 14. numer. 2. & Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 261. vbi tenent, quòd rapiens meretricẽ debet puniri pœna extraordinaria, & ꝙ iſta opinio eſt verior, & magis recepta, Alciat. cõſil. 21. to. 2. vol. 3. & hoc arbitror veriſſimum eſſe, cum ſit facienda differentia inter mulieres honeſtas, & meretrices: ſed Peguer. in quæſtion. crimin. cap. 43 numero 14. & 15. tenet, quòd aliqua pœna non puniatur, niſi mulier inhoneſta non cõſenſiſſet raptui, quia volebat redire ad vitam honeſtam, vel quia contradicebat ratione affinitatis, vel conſanguinitatis, quam habuiſſet cum raptore, vel quòd mulier iam deſiuiſſet meretricari, & honeſtè viuere cępiſſet, quibus in caſibus raptor teneretur pœna. l. raptores, C. de Epiſc. & cler. ſecundum Paul. de Caſtro ibi, num. 2. & Fulg. num. 8. & licèt Afflict. in conſtit. hic al
26 legata referat Cynum; dicit tamen † quòd Cyn. vidit illud in Regno Neap. vbi adeſt Conſtit. Quòd inferentes violentiam meretricibus pœna mortis puniuntur; & ideò ille Florentinus, quem dicit Gram. in loco hic citato, fuit furca ſuſpẽſus; non autem ex diſpoſitione iuris communis. † Et quæ di
27 catur publica meretrix, vide Angelum in conſilio 10. num. 5. & de modo probandi aliquam eſſe meretricem, uide Maſcar. de probat. concl. 1063. vol. 2.

28 Item adde, quòd raptor mulieris ſolutæ per vim, etiam ab alio ſemel cognitæ, & oſculatæ, vel ab ipſo, non tenetur pœna ſtatuti de raptore mulieris honeſtæ, Paul. de Caſtro in conſil. 306. viſo ſtatuto, nec eam ui rapuiſſe præſumitur Alber. in 2. parte ſtatut. q. 62. Gand. in tract. malef. Rubr. de aliquibus queſt. var. Marſil. ſing. 74. & in pract. in §. diligẽter, num. 105. & Plot. in l. ſi quando, C. vnde ui, §. 2. nu. 26. & Gram. in deci. 107. numer. 5. vide etiam Cæpoll. in conſil. 57. per totum, vbi defendit unum à pœna captus ex eo, quod probatũ erat, quod anteà pluries eam uolentem cognouerat. Sed Corn. contrarium tenuit in conſil. 80. uolum. 2.

29 Item adde, † quod raptus non committitur in muliere corrupta honeſtè viuẽre; Alber. de Roſat. in 3. part. Statut. q. 3. Caſtrenſ. conſilio 231. Afflict. in tit. quæ ſint regal. §. condemnatorum, numero 21. Idem tenet Grammat. in d. dec. 107. num. 5.

30 Item adde, † quod rapiens non poterit puniri pœna ſtatuti punientis honeſtam mulierem rapientem, ſi non fuerit probatum, quod tempore raptus illa mulier eſſet honeſtæ uitæ, Cæpol. conſilio 58. uerſiculo & pro hoc allego Æmilian. conſi. 72. Rimin. conſil. 17. nu. 16. Soc. conſ. 439. uolum 3.

31 Item adde, † quòd ſi quis, ſtante dicto ſtatuto confeſſus fuerit ſpontè raptum, non poterit puniri pęna ſtatuti, ubi dictæ qualitates non fuerint probatæ, uidelicet, quòd ſit honeſtæ uitæ, & bonæ conditionis, & famæ, Marſil. ſingul. 187. 189. Burſat. conſil. 69 numer. 3. & ſeq. *Baiar.*

n *Apud nos autem ceſſat.*] Adde, quòd Boſſ in tit. de plurib. uiolent. nu. 69. dicit, quod in ſtatu Mediolani adeſt Decretum Ducis Franciſci, ꝙ talis coitus in meretrices punitur etiam ultimo ſupplicio arbitrio Iudicis; & per illud decretum tollitur etiam inhoneſtatis probatio, quãdo mulier habitat cum patre. *Baiar.*

o *Sed pone.*] Quid ſi mulier uirum rapiat. Farin. d. q. 145. §. raptus, nu. 38. uſque ad 43. *Roſ.*

p *Vnum tamen nota.*] Farin. dict. quæſt. 145. §. raptus, numero 97. *Roſ.*

32 *Sed pone, quod mulier rapuerit virum.*) Adde † Menoch. in caſ. 291. in fin. de arb. iud. ubi Clarum ſequitur. *Baiard.*

33 *Vnum tamen nota in hoc propoſito.*) Adde, † quòd uir rapiens uirum libidinis cauſa, poteſt puniri pœna, l. unica, ſecundum Salicet. in dict. l. quem refert, & ſequitur Girlan. in tract. de pęn. omnifar. coitus, capitulo decimo, numero quinto, licèt
34 Bald. in d. l. unica teneat contrarium. Item adde †, quod rapiens maſculum nouitium à religione, capite punitur, Bald. in l. data opera, nu. 9. C. qui accuſ. non poſſ. & eum ſequitur Io.
35 de Anan. in cap. 6. de apoſta. col. 1. Item † adde ſi extaret ſtatutum puniens pęna capitis rapientem filium alicuius non haberet locum in filio rapto carente patre. Iaſ. in l. fin. C. de indict. uiduit. toll. *Baiar.*

Contra-

cari in ciuitate Bononia per D. Nicolaum Picininum militum Imperatorem illuſtrem. Ego certè, ſi caſus contingeret, [p] contrarium iudicarem impium eſt enim aliquo caſu poſſe filios ab inuitis parentibus abduci, præſertim cum non modica ſit ſuſpicio inhoneſtatis in huiuſmodi ſtipendiarijs.

Quæro modo, nunquid poſſit raptor cum rapta matrimonium contrahere. Reſpond. quod de iure ciuili non poteſt, vt eſt téxt. expreſſus in d. l. vnica : [ſ] De iure autem canonico bene poteſt cum ipſe matrimonium contrahere, vt eſt text. in cap. fin. de raptor. Et ita tenent communiter Doctores, vt atteſtatur Pariſ. conſ. 170. nu. 6. lib. 4. Ant. Gomeſ. in d. l. 80. num. 43. vbi etiam ſubdit, quòd propter huiuſmodi matrimonium raptor euitat pœnas a
8 *lege propter raptum impoſitas. Et refert Paul. de Caſtr. & Ang. de Arim. dicentes in facti contingentia obtinuiſſe, & ait etiam ſe ita [t] in facto iudicaſſe. Quod tamen ego pro nunc affirmo, licet quidam Cæſar Miſcatus, qui puellam, quam violauerat, vxorem duxit, fuerit per Senatum abſolutus, 26. Nouemb. 1569. P. N. Audiui enim in facti contingentia plerumque contrarium iudicatum fuiſſe, & in ſpecie per Regem Hiſpaniæ, qui poſt contractum matrimonium inter raptorem, & raptam, iuſſit ipſum raptorem decapitari, prout refert Afflict. ſuper prima parte conſtitut. Regni rubr. 19. num. 13. & Pract. Carrer. fol. 462. num 297. Ceterum quicquid ſit de pęna corporalis, proculdubio pœna confiſcationis bonorum, quæ applicantur fiſco temporali, locum habet contra raptorum, non obſtante matrimonio, etiam de iure canonico. Et ita allegatur tenere Gloſ. in cap. cum ſecundum, in verbo, Certoque caſu, de hæret. in 6. quam dicit eſſe communiter appr.batam Marcus deciſ. 2. nu. 3. Quod nota.*

9 *Quæro etiam, nunquid raptor ſi ad eccleſiam confugiat, gaudeat eius immunitate. Dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quæſt. 30. verſic. nunquid.*

q *Contrarium iudicarem.*] Item, quod pęna raptus habeat locum in maſculo maſculum rapiente libidinis cauſa, vi. per Carrer. pag. 457 num. 280. quod & ſuperius dixi. *Giach.*

Contrarium iudicarem.) Adde, quòd D. Clarum ſequitur Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 11. nu. 29. to. 2. *Baiar.*

r *Quæro modo nunquid poſſit raptor.*) Adde
37 quod † hodie per Conc. Triden. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. matrim. inter raptorem, & raptam, quãdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poteſt conſiſtere matrimonium, & licet poſteà ſequatur matrimonium raptor, & ei dantes conſilium ſunt excommunicati, & infames, & raptor tenetur dotare raptam, ſiue eam duxerit in uxorem, ſiue non, & de hoc etiã habetur per Viuium commun. opinion. 679. numero 7. debet etiam puniri per iudicem ſecularem ad pœnas de iure ciuili raptoribus impoſitas, ut propter matrimonium pęnæ raptus non euitentur, Pegue. in quęſtion. crimin. cap. 42. ubi dicit; quòd pęnæ ſunt tẽperandæ. *Baiar.*

ſ *De iure autem canonico.*) Adde, & uide per Socin. & general. Conc. Trident. ſeſſ. 24. ſub Decret. de reformat. matrimon. cap. 6. decernit ibi quòd non : quandiu ipſa in raptoris poteſtate mã ſerit, à raptore uero ſeparata, & in loco tuto, ac libero conſtituta, ſic: ſed nihilominus raptor, & conſilium, auxilium, & fauorem præbentes ſunt ipſo iure excommunicati, perpetuò infames, & dignitatum incapaces, & raptor tenetur eam debere arbitrio Iudicis dotare, uide fuſius, ut illic. *Giach.*

ſ *De iure autem canonico bene poteſt.*) Adde hoc uerum dummodò ſit liber conſenſus mulieris, & quid fuerit reſtituta in libertatem, Barbat. conſ. ult. uol. 2.

Et ſi accuſatus, ſiue inquiſitus coram iudice ſeculari de raptu uirginis ad ſui excuſationem opponeret matrimonium inter eos contractum fuiſſe, qui tollit pęnam raptus, dict. capit. fin. de
37 rapt. † Iudex ſecularis de tali matrimonio cognoſcere poterit, ſi tantum de matrimonio facto tractatur, non autẽ ſi tractaretur utrum matrimonium teneat. Boſſ. de foro competent. numero 121. & ratio eſt, quia habemus regulam firmam, et tritam, quod incidentia facit de incõpetenti competentem, ſiue ſit iudex ordinarius ſiue delegatus, ſiue arbiter; niſi in ſpirituali incidenti corã laico: ita tradit Felyn. in capit. cum ſit; num. 45. de for. competent.

38 Itẽ adde, † quod quãdo ius canonicũ eſt contrarium iuri ciuili, ut in hoc caſu, ius canonicum eſt ſeruaudum in terris Eccleſiæ, etiam in foro ciuili, ſed ſecus in terris Imperij, niſi ſit materia concernens peccatum, ut latè per Felyn. cap. in cauſis numer. 5. de teſt. ubi multos accumulauit idem tenẽtes, & de hoc uide etiam Neuizan. in Sylua nupt. in uerb. quo modo iudicandum, ſub numero 69. uerſicul. eſt tamen notandum, ubi ponit alios caſus, in quibus ſeruatur ius canonicum in utroque foro. *Baiard.*

t *In facto iudicaſſe.*) Quid de raptu monialis, idem Farin. d. q. 145. §. monialis, nu. 215. & per totam quæſt. *Roſ.*

§. SACRI.